

82 *Institutiones Philosophicae*
corporis aut dissolvitur , aut vehementius
impellitur ; anima vero laeditur quatenus
ex occasione lesi corporis in ea excitatur ,
pro legibus conjunctionis animæ cum cor-
pore , sensatio gravis & molesta , quæ vul-
nus quoddam animæ dicitur . Dixi *Ego*
antecedens , quia nonnunquam anima in
rei aliquujus consideratione sic defixa ha-
ret , ut lesio corpore nihil doloris sen-
tiat .

Inst. 4. Non defunt Philosophi , & qui-
dein primi nominis , qui materiae Elemen-
ta simplicissima omnino esse , invisibilia &
inextensa pro certo affirmant , idque mul-
tis conantur demonstrare argumentis . Er-
go in hac hypothesi , quæ non solam non
repugnat , sed firmissimis sese tuerit ratio-
nibus , statim Philosophis eripiuntur præ-
cipua argumenta , quæ ab extensione &
partium compositione deduci solent ; ac
proinde absurdum non est operationes ani-
mæ esse modificationes materiae Resp.
C. A. N. Conf. Quidquid sit de illa hypo-
thesi , quam strenue propugnant doctissimi
quidem Philosophi non pauci , firmissima
tamen manent argumenta hactenus expli-
cata . Et certe cum materia ex elementis
sive extensis sive inextensis composita sit ,
ut omnes Philosophi concedunt , totam
vim servant argumenta , quæ ex materiae
compositione deducuntur ; hac enim ratio-
ne argumentari licet . Vel cogitarent sin-
gula inextensa materiae elementa , vel non :
nirumque autem absurdum esse ex conclu-
sionis probatione facile colligitur . Ergo
necessum est , ut præter simplicissima mate-
ria